Calocerus V. Per eum dominus magna mirabilia fecit, ejusque praedicatio utilis et magna fuit. Defunctus est et sepultus in basilica beati Probi confessoris, III idus februarii.

a[i]ddus Febrarii in loco raro

De sancto Proculo archiepiscopo VI.

Proculus VI, qui supe praedicationis dulcedine velut mellis effum populis tribuebat. Mortuus est autem et sepultus in basilica beati Probi vel dicti Eleuchadii, prima die Decembris.

De sancto Probo archiepiscopo VII.

Probus VII, a quo quicunque languidus ad eum venire potuisset, suis orationibus sanus revertebatur. Sepultus in ecclesia per eum condita infra civitatem Classensem, III idus Novembris.

De sancto Datho archiepiscopo VIII

Dathus VIII. praecipuus animarum adquisitor, mortuus autem et sepultus, ut dicunt quidam, in ecclesia beati Probi.

De sancto Liberio archiepiscopo VIIII.

Liberius VIIII. caritate plenus, fons irriguus, omnisque philosophiae tenuit principatum. Sepultus, ut quidam dicunt, cum praedecessore suo.

De sancto Agapito archiepiscopo X.

Agapitus decimus munuscula praeberas pauperibus,